

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ




THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2




LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov. 1662</u>	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév. 1662</u>	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai 1656</u>	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan. 1662</u>	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept. 1667</u>	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin 1669</u>	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr. 1663</u>	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août 1660</u>	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MIGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août 1671</u>	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr. 1669</u>	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov. 1669</u>	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNARD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNARD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNARD (Julien).....Théologie	<u>30 août 1664</u>	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct. 1655</u>	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc. 1665</u>	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv. 1670</u>	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	13 févr. 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr. 1661</u>	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc. 1664</u>	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





DEI MATRI

QVÆSTIO THEOLOGICA.

Quis praparaui orbem in sapientiâ, & prudentiâ suâ extendit Cælos? Ieremiæ 51.

259

SVPREMVS rerum omnium Dominus, cuius existentiam fides docet, suadet gentium consensus, & ratio efficacissimè demonstrat, non quidem à priori, est enim principium sine principio, & causa sine causâ, sed à posteriori, quidquid in contrarium cogitent aut cogitare se simulent insipientes illi sacrilegi qui conditori suo pertinaci ingrâtâque audaciâ existentiam detrahare nituntur; inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & à magnitudine speciei & creaturæ potest cognoscibiliter creator horum videri. Quamuis hæc propositio, Deus est, non sit per se nota quoad nos, nihilominus tamen est per se nota quoad se, existentia enim est de conceptu formali essentiae diuinæ; vnde inter illas nequidem in mente distinctionem retineas.

QVI Deum membrorum sarcinâ grauatum existimat, quique eundem vel corpus vel materiam primam vel formam informantem arbitratur, nimis materiam sapit, spiritus enim carnem & ossa non habet. Itaque Deus est substantia spiritualis viuens vitâ intellectuâ perfectissimâ, cuius gradum vltimò quasi constitutum si quæras, non aseitatem aut independentiam (vt plurimi contendunt) non radicalem sed actualem intellectiōnem assignabo. Attributorum Diuinorum tum ab essentia tum à se inuicem (modo absoluta sint) non realem, sed virtualem & rationis ratiocinatæ distinctionem agnosce; virtualem quippe distinctionem à Deo non remouet vnitas simplicissima, licet in eo virtualem compositionem purissima simplicitas non patiatur. Fugit ergo Deum omnis, siue ex naturâ & supposito, siue ex subiecto & accidente, siue ex materiâ & formâ realis compositio, quam si admittas, errori perfectò Antropomorphitarum adhærebis.

PRIMVM creaturarum omnium principium, quia maximè in actu, ideò maximè perfectum: si enim crescit Deus, perfectus non est: si minuitur, Deus non est: quidquid volueris, cogites? in ipso est: quantum potueris, contendas? eo quod intelligis superior & perfectior existit. Quare perfectiones omnes in creaturis vbique sparsas complectitur, rerum simpliciter simplices formaliter; simplices verò, quarum conceptui aliquid imperfectionis est annexum, eminenter includit. Tanta est eius excellentia, vt creatura quæcunque sit, quantifcunque augeatur dotibus, vnioce Deo nequeat assimilari; vnde exclamare licet, Deus quis similis erit tibi? Qui solus per essentiam bonus, & à quo cuncta bonitatem suam emendant, bonorum nostrorum non indiget. Infinitus in omni genere solus est, cuius effe nihil agnoscit, per quod limites possint ipsi præscribi: magnitudinis quippe eius non est finis. Immutabilis etiam solus & alterationis expertus apud quem nulla transmutatio nullaque vicissitudinis obumbratio potest reperiri.

INDIGNE de Deo sentiret qui durationem eius tempore circumscriberet; quomodo enim æternitatis plenitudine non gauderet, qui semper idem est, & cuius anni numquam deficient? Æternitas porò rectè à Boëtio definitur interminabilis vitâ tota simul & perfectâ possessio, quæ ipsius essentia ita propria est, vt aliis non communicetur, nec etiam communicari possit. Si quædam igitur creaturæ dicantur æternæ, illud tantum intellige de æternitate à parte post, non verò à parte ante, vt philosophi quidam antiqui somniarunt. Vbi multiplex Deus astruitur, nullus Deus agnoscitur: quare distictè cum Christianâ religione pronuntiamus: si Deus noster vnicus non est, Deus non est. Immensum illum agnosce, qui diffusus est vbique substantialiter. Vnde quàm absona fuerit Iudæorum nonnullorumque philosophorum opinio, qui Deum certis circumscribere limitibus: tam rationi consona est eorum sententia qui diuinam substantiam rebus omnibus adesse ex eius operatione transeunte demonstrant. Eundem esse potestatem suprâ cælos certo certius est, testante scripturâ, excellior est cælo, & est profundior inferno, eumque cæli cælorum capere non possunt; sed an in spatijs, quæ vulgò imaginaria nominari solent? neutiquam: cum tales inanes interapedines nec extrâ sint nec intrâ cælorum ambitum, nisi in mente hominis, eiusmodi figmenta otiose comminisceris. Certò itaque teneas ipsum solum vbique esse per essentiam præsentiam & potentiam.

QUEM nunc per speculum & ænigmatè conspiciamus, tunc & in patriâ, non quemdam veluti fulgorem, sed ipsammet eius substantiam facie ad faciem & sicuti est videbimus, cuius visionis intuituæ possibilitas infinitis propemodum sacræ scripturæ locis ostenditur, ratione suadet, posituè verò non demonstratur; nec idcirco quamcunque visionem intelligo: crassior enim est oculus corporeus vt ad spiritualem purissimâ diuinitatis substantiam intuituè videndam, quocunque tandem modo, nequidem per absolutam ipsius Dei potentiam, eleuari possit. A nullis enim sensibus attingitur ille qui visu non circumscribitur, tactu non tenetur, affatu non auditur, nec incessu sentitur. Visionem porò intellectualem sustineo, modò per auxilium aliquod superius corroboretur.

QVO tempore verò illucescet creaturæ intellectuâ diuina essentia, si sollicitus es? Certè non post scititium illum millenariorum annorum numerum, nec etiam postquam vel in cæli vestibulo, vel Paradiso Terrestri, vel sinu Abrahæ, vel alio quouis refrigerij loco ad extremum vsque iudicij diem commorata fuerit, illud euenturum fore existimes; illud enim diuinæ bonitatis misericordiæ derogare nimis videtur, quæ cum ad puniendum patientissima sit, sic etiam ad remunerandum videtur pronissima; illucescet verò vbi primum à corporis exuijs erit libera, nullaque ei supererit pœna luenda. Sed vtrum alio tempore, nempe dum animæ corporis vinculo coercetur, iubar illud affulserit? si secundum naturæ vires fieri id afferas? certè ab Anomæorum errore non te expedies. Si verò per vberius Dei auxilium, & per priuilegium alicui contigisse dicas? non repugno: tali enim visione potiti sunt olim magnus Iudæorum Legislator Moses, diuinusque nouæ legis præco sanctus Paulus in hac mortali vitâ constituti; hic cum in cælesti Ierosolymâ ad breue tempus fuit incola, ille verò dum palam & non per ænigmata nec per figuras Deum intuitus est.

VTERQUE tamen ad tam sublimem gloriæ gradum eleuatus non fuit, nisi superno cœlitusque infuso auxilio fulcitus, nempe lumine gloriæ, quod tunc temporis vnique tantæ talisque necessitatis est, ad complendam intelligendi virtutem, vt etiam omnipotentissimâ vi diuinâ suppleri non possit. Diuinæ porò substantiæ intuitus, ita omnem naturæ ordinem superat, vt nulla sit aut esse possit substantia intellectuâ creata, vel cui lumen gloriæ connaturaliter debitum foret, vel à cuius internis principijs instar proprietatis emanatione necessaria profueret. Quam verò in visione Dei speciem impressam, propter summam essentiae diuinæ immaterialitatem, & à mente beati indistantiam, superfluum plerique censent, nos tantumquam impossibilem rejicimus; speciem autem expressam seu verbum mentis à beatis non efformari, positâ impossibilitate speciei impressæ, quamuis reclamant nonnulli, pariter concludimus.

OMNIA Dei attributa, tam relatiua quàm absoluta intuentur beati, ea tamen quæ ad creaturas respectum rationis important, sub eâ ratione, non nisi confusè cognoscunt. Sicut essentiam diuinam sine personis aut attributis, ita attributum vnum sine alio, personam vnâ sine aliâ videri prohibet simplicissima Dei entitas: siue ergo audiamus ostende nobis filium, siue audiamus ostende nobis patrem, tantumdem valet, quia neuter sine altero potest ostendi. Non deest ad perfectam eorum felicitatem creaturarum cognitio; aliquas enim ex existentibus vident, licet non omnes, quas autem nouerint? nemo certò definierit. Probabile tamen existimo ipsos orbis vniuersi compagem & rerum omnium creaturarum species non ignorare, quarum tamen cognitio ipsi absolute necessaria non est, nam qui Deum & alia nouit, non propter illa beator est, sed propter solum Deum beatus. Ipsidem etiam innotescunt ea quæ ad proprium statum pertinent, nec non mysteria fidei, at non quoad omnes circumstantias. Aliquas etiam è rebus possibilibus ab illis de facto conspici nemo ambigit: omnes verò clarâ & distinctâ cognitione videri ne absolutâ quidem Dei virtute possunt.

VT alia est claritas stellarum, alia Solis, alia Lunæ, sic varius erit splendentium fulgor animarum. Qui parè seminat, parè & metet. Vbi dicitur abundabit copia meritorum, ibi numeroſior micabit collectio radiorum. Dispar virtus voluntatis, moralis erit causâ diuersæ felicitatis. Acutius ingenium non augebit præmium: nec gloriæ lumen operabitur efficacius, vbi subtilior vigeat intellectus. Nil Rustico stupor oberit, nec ingenioso solertia proderit. Nihilominus tamen erit quisque suâ sorte contentus: satiabuntur omnes, nec inuidiam pariet hæc mansuetudo diuersitas, nec fastidium cumulata satietas; quod enim amabitur, aderit: nec desiderabitur, quod aberit. Erunt homines sicut Angeli cœli, nullumque discrimen essentiale inter horum vel illorum beatitudinem assignari poterit, cum idem sit specie principium, idem auxilium, idemque obiectum, quod etsi ab omnibus beatis clarè apprehendatur, ab ijs tamen non comprehendetur, nec etiam poterit comprehendere: magnus enim ille consilio est & incomprehensibilis cogitatu. *Qui praparaui orbem in sapientiâ, & prudentiâ suâ extendis cælos.*

Has Theses Deo duce, Sanctissimâ Virgine auspice, & Preside S. M. N. MARTINO LVCQVET in Sacra Facultate Parisiensi Doctore Theologo, tueri conabitur
PETRVS SIMENEL Portugratiensis Diaconus, Socius Lexouanus, Die 1. Februarij Anno Domini 1662. à septimâ ad meridiem.

IN AVLA THEOLOGORVM LEXOVIÆ.
PRO TENTATIVA.